



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

LXII. Ad Ioannem Brastbergum Cancell. VVirtebergicum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

LIX.

Io. Iacobo Mofungo

à Schafholtzheim EQ. Alf.

*Dum vigilas, dormi: dum dormis, IANE, <sup>solus</sup>  
Plus vigila: justa est, vita beata, quies.*

LX.

Ad Christophorum VVIRI

clerum Vratisl. Med. Selestad.

*Si non igne calet, vel flamma, lymphæ salubris*

*CHRISTOPHORE ô consors gentis amice  
Sulfureo calet illa satis feruore: te peti q̄*

*Sub terra, Solis coëta calore diu.*

*Quaque calens exit, gelida hac quoq, vena subit*

*Prosilis: hinc vires temperat vnda suas.*

*Quæ dum quis spectat: mora quãuis longa sit, in*

*Fit breuis: & cessat, qui fuit antè, labor.*

LXI.

Ad Blasium Truchesium

à Rheinfelden EQ. Alf.

*Multi, BLASI, qui habet: is multis eget. ut nemo*

*Desit, nonne aliquem præstat habere minus?*

LXII.

Ad Ioannem Braßbergum

Cancell. VVirtebergicum.

Quantum

Quantum condoluisse morte fratris

Pollux Castoris impotente fertur:

Tantum condoleo tibi, salutis

Incerto: noua cui subinde morbi

Pestis languidulos fatigat artus.

O sit fas utinam mihi vicissim

Pro te fata pati, licet molesta:

Es te morbi aliqua leuare parte.

Nam rot signa mihi tui fauoris

Edis IANE: sit ut mea salute

Salus haec potior tua, atque vita.

Quin tandem, furia o, recedis, Ata:

Morborum genitrix, sororque mortis:

Vna pessima caruifex misella.

At tu, Diua Salus, ades benigna:

Morborum domitrix, necisque victrix:

Et cordis vigor, ac medulla vitæ.

Ab tantum prohibe nefas: & adde

Aegro robur, & auctita vigorem:

Digno viuere Nestoris senectam.

Quid me latius est, beatiusue?

LXIII.

Petro Schæro à Schvvar-  
zeberg EQ.

E Græco Pallada. φέρει νὶ φέρει.

Fer bene: sic bene tu ferris: quum ferre necesse est.

Sin malè fers: ferris tu quoq, PETRE, malè.

Ad